GREGORIUS MAGNUS, UNVOLLSTäNDIG
Entstehungsort unbestimmt, 10. Jh.
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35482
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



gaudere sup mortuū · p missus non ē ·
uod sacra testantur eloquia · Nā uir dī
c̄tra samariā missus · q̄ p inobedientiā in
itinere cōmedit · hunc leo in eodē itinere
occidit · Sed statī illic scriptū ē · Quia
stetit leo iuxta asinū · et n̄ comedit de
cadauere leo · Ex quare ostenditur · quod
peccatū inobedientie · in ipsa fuerit mor
te laxatū · Quia isdē leo quē uiuentē p̄
sūpsit occidere · c̄tingere n̄ p̄sūpsit occi
sū · Qui enī occidendi ausū habuit · de
occisi cadauere comedendi licentiam ·
non accepit · Quia is qui culpabilis in
uita fuerat · punita inobedientia · erat
iā iust⁹ ex morte · leo ergo qui prius pec
catoris uitā necauerat · custodiuit post
modū cadauer iusti Petrus Placet
qd̄ dicis · sed nosse uelim sinc̄ ante resti
tucionē corporū · in celo recipi ualeant
animę iustorū Greg Hoc neq; de omib;